Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-728497-p0001-2

Bél 81 21

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-728497-p0002-8

Labo III 4433. 161

PLAUSUS GENETHLIACO

VIRI

Summè Reverendi, Magnifici, Amplisſimi, Excellentisſimi, ac Domini,

Domini JOACHIMI WEICKHMANNI,

S. S. Theologiae Doctoris celeberrimi, Sereniſſimo Principi Anhaltino-Serveſtano a conſiliis Eccleſiaſticis, concionibus aulicis, & confeſſionibus ſacris, diœceſeos Superintendentis, ad D. Bartholomaei Serveſtani Paſtoris primarii longè vigilantiſſimi, Illuſtris Scholae Inſpectoris graviſſimi &c.

Compatris, Patroni & Benefactoris maximè colendi

IPSO FESTO MICHAELIS

Tertio ſcil. Calendas Octobris anni quoque tertii ſupra milleſimum ſeptingenteſimum

piè excitatus, debitoq; obſervantiae cultu denuo annotatus.

ab

Illuſtris Lycei Serveſtani Cantore, & Collega,

DANIELE ROXER, Ungaro.

SERVESTÆ, TYPIS BEZELIANIS. MDCCIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-728497-p0003-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-728497-p0004-9

PLaude tuis gazis, ô Serveſtane popelle,
Chriſtiadum manibus plaude corona tuis,
Plaude, cohors, CAROLO WILHELMO, Principe noſtro
Publica tam fauſtè ſceptra tenente pio!
Commoda nam rurſus remeavit temporis aetas,
Quâ ſoles fauſtos ſpondet in urbe Deus.
Nempe ſerenati Michaëlis feſta reduxit,
Queîs hoſtes victi, victus & ipſe Draco.
Plura tibi proſtant meritorum pignora, Ieſus
Sidereo angelicum mittit ab Axe chorum.
Ætherei ſervos cuſtodit lumine verbi,
Qui doctè cunctos verba ſacrata docent.
Haec mecum meditans oculatum profero teſtem,
Indigitoque Virum pectore, & ore pium.
Hic venit ornandus, cui proſpera quæque precanda,
Neſtoreos felix vivat ut ipſe dies.
Magnificum, dico, WEICKHMANNUM, mente revolve,
Quem natum certò hoc ſole vidente nota.
Hunc cuſtodivit pariter quoque gratia Chriſti
Hactenus, ut poſſit rite præeſſe Piis.
Iſte regens populum verâ Pietate nitentem,
Securam placidè pandit ad aſtra viam.

Huic,

Huîc,petimus,faveas rerum ſupreme Dynaſta,
  Fac propriam cingant agmina ſancta domum.
Cedat atrox macies,quævis contagia cedant,
  Vipereum Ditis migret ad antra genus.
Laudatum ſtabili foveas tutamine Myſtam,
  Victricique fuges noxia quæque manu.
Ut vivat Ludi columen,ſolamen Amicis,
  Muſarum fulcrum,deliciumque chori.
Cujus in accepto lætetur nomine cœtus,
  Quilibet optati ſentiat acta viri.
Queis Aſtræa Poli remeet de ſedibus, atque
  Sinceræ vigeat relligionis amor.
Hæc,ſummè Exellens,moderato munia vultu
  Suſcipe, quæ pauper divite mente litat.
Idque colas feſtum ſperato ſidere, nomen
  Sæpius ut liceat concelebrare Tuum.

Ung VI 4

(x 2743293)

ULB Halle 3
006 310 079

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-728497-p0007-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-728497-p0008-2

Labo III 4433. 161

PLAUSUS GENETHLIACO
VIRI
Summè Reverendi, Magnifici, Amplisſimi, Excellentisſimi, ac Domini,

Domini JOACHIMI WEICKHMANNI,

S.S. Theologiae Doctoris celeberrimi, Sereniſſimo Principi Anhaltino-Serveſtano a conſiliis Eccleſiaſticis, concionibus aulicis, & confeſſionibus ſacris, diœceſeos Superintendentis, ad D. Bartholomaei Serveſtani Paſtoris primarii longè vigilantiſſimi, Illuſtris Scholae Inſpectoris graviſſimi &c.

Compatris, Patroni & Benefactoris maximè colendi

IPSO FESTO MICHAELIS

Tertio ſcil. Calendas Octobris anni quoque tertii ſupra milleſimum ſeptingenteſimum

piè excitatus, debitoq; obſervantiae cultu denuo annotatus.
ab

Illuſtris Lycei Serveſtani Cantore, & Collega,
DANIELE ROXER, Ungaro.

SERVESTÆ, TYPIS BEZELIANIS. MDCCIII.